BEATISSIMI HIPPOLYTI EPISCOPI ET MARTYRIS ORATIO, de Consummatione mundi, ac de Antichristo. & Secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi.

Ioanne Pico Præside classium Inquisitoriarum Senatus Parisiensis interprete.

Iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Iudicabit Dominus populum suum, & seruorum suorum miserebitur. Deuter. 32.



COLONIAE,
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXIII.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, CARDINALIQVE AMPLISSIMO Carolo à Lotharingia, Ioannes Picus classiũ Inquisitoriarũ Senatus Parisiensis Preses, S.



ERACTO *singulis annis, Antistes clarissime, iudiciorum cursu, quid agant cæteri, aut in quo suum collocent otium, nescio, nec sum admodum solicitus: mihi quidem ad minuendas uitæ curas, leuandamq; in obeundis fori muneribus contractam molestiã, nihil est gratius, nihil optatius diuinorum lectione librorum: quam allatis tam ex Italia, quàm è Græcia ueterum Græcorum monimentis (nam Latini scriptores reperiuntur perpauci) in dies cumulatiorem fieri desidero. Neq; tamen adeò sum ingratus in conciues meos, ut huius generis oblectatione satiatus, inanes illos deserã: sed cùm occurrerit quidpiam quod eorum cognitione dignum existimauero,*

id, quamprimum licet, Latinè redditum publicè legendum emitto, priùs equidem adhibito peritorum eius disciplinæ iudicio, ne falsa aut erronea pro ueris amplectentes, tum ipsi uel nolētes labamur, tum legentes in errorem præter opinionem mittamus. Itaq; cùm audissem ab his, qui nostro nomine libros antiquorū disquirebant, extare Venetijs orationem beati Hippolyti episcopi & martyris, de Cōsummatione mundi, Antichristo, & secūdo aduētu Christi, Græcè scriptam: certior factus ex catalogo scriptorum Ecclesiasticorū per diuum Hieronymū edito, Hippolytū episcopū inter cæteros in scripturas cōmentarios scripsisse libellum de Antichristo, motus etiam uetustate auctoris, qui uixit temporibus Alexandri Imperatoris, anno post Christū ducentesimo uicesimo, non conquieui, donec allata illa & in Latinum sermonem conuersa omniū legere uolentium desiderio utroq; idiomate excuderetur. Cæterùm hac in oratione nemo speret diem uel horā illius secundi aduentus siue iudicij, designatā iri, quam nemo (dempto solo patre, ut Christus inquit in Euangelio) exploratā habet: uerùm quæ strictim & concisè de indicijs diem illam antecessuris à domino dicta sunt, ea ipsa uerbosiùs & more propè declamatorio lepidiùs explicari: allatis prophetarum atq; apostolorum confirmātibus propositū testimonijs. Quicunque tamen accedet ad lectionem huius orationē


tionis, duo potiſsimùm attendet, & ſummopere cauebit, in quibus peculiarem & alienam ab Eccleſiaſtica doctrina tuetur Hippolytus *opinionem.* Prius, *dum cenſet* Ioannem Euangeliſtã *quaſi minimè mortuum, cum duobus prophetis* Enocho & Elia, *uenturum ad prædicandum uerbum dei paulò antequam reueletur Antichriſtus: cùm tamen & beatum* Ioannem *obiiſſe mortem aſſerat* Eccleſia: *et ille ipſe* Ioannes *Apocalypſeos undecimo capite duorum duntaxat prophetarũ Antichriſto præeũtium faciat mentionem. Alterum eſt in eo quòd exiſtimat* Antichriſtum *non futurum uerum hominem, ſed corpus tantùm phantaſticum oſtentaturum, contra diui* Pauli *ſententiam, uocantis illum hominem peccati, filiúmque perditionis. Quæ ne fallant imprudentem lectorem, ſunt ad marginem annotata.* Hac igitur *breui quidem oratione, ſed hiſce præſertim aduẽtus dominici diebus peropportuna, quod offerrem tibi* Præſul *ornatiſsime commodius nihil obtigit, nempe quæ poſterioris aduentus domini clara præmia complectitur* Cuius *tandiu fruere lectione, quandiu ſumma* Reipublicæ *negotia patientur.* Vale: Lutetiæ, *poſtridie* Calendas Decembris. 2. Teſ. 2.

EX LIBRO BEATI HIERONYMI de Scriptoribus Ecclesiasticis.

HIPPOLYTVS cuiusdam ecclesiæ episcopus (nomẽ quippe urbis scire non potui) rationem Paschæ temporũq; Canones scripsit usq; ad primum annũ Alexandri Imperatoris, & sedecim annorum circulum, quem Græci ἑκκαιδεκαετηρίδα uocant, reperit: & Eusebio, qui super eodem Pascha canonem decem & nouem annorũ, id est, ἐννεακαιδεκαετηρίδα composuit, occasionem dedit. Scripsit nonnullos in scripturas commentarios, è quibus hos reperi, in ἑξαήμερον, & in Exodum, & in Canticum canticorum, in Genesin, & in Zachariam, de Psalmis, & in Esaiam, de Daniele, de Apocalypsi, de Prouerbijs, de Ecclesiaste, de Saül, de Phytonissa, de Antichristo, de Resurrectiõe cõtra Marcionẽ, de Pascha aduersum oẽs hæreses. Et προσομιλίαν de laude domini Saluatoris, in qua præsente Origene se loqui in Ecclesia significat. In huius æmulationem, Ambrosius, quem de Marcionis hæresi ad ueram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenẽ in scripturas commentarios scribere, præbens ei septem & eò amplius notarios, eorumq; expensas, & librariorum parem numerum: quodq; his maius est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. & unde in quadam epistola ἐργοδιώκτην eum Origenes uocat.

IOANNES DAVAL TREPORTVENsis doctoris Theologi, in laudem domini Pici Praesidis.

Nascitur Hippolytus, ueterum renouatur honores:
Et quae rara prius, Martia pandit auis.
Fortis erat, fidei dum uertit Origenis arma:
Fortior, & formae multicoloris adest.
Si sacra nimirum Latio Martiq; dicata,
Nil nisi sacratum Marte tuetur opus.



BEATISSIMI HIPPOLYTI EPISCOPI ET MARTYRIS ORATIO, de Consummatione mundi, ac de Antichristo, & Secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi.



Voniam beati Prophetæ oculi nostri fuerũt, rerum arcanarũ declarationẽ nobis indicantes, tum vita, tum manifestatione, atque Spiritus sancti aduẽtu, & verba de ijs quæ nondum acciderunt facientes, vnde etiam omnium seculorum posteritati maximam delinearunt contemplãdi agendique occasionem: quam etiam ob causam Dei per carnem aduẽtu in mundum promulgato, qui ex impolluta ac deipara Maria ortum sumpsit atque incrementum: eius cum hominibus cõsuetudinem ac vitam, eiusq;

per baptiſma declarationem, futuram omnibus hominibus regenerationē, per lauacrū regenerationis: eius miracula copioſa, beatam illam in cruce paſſionem, ludibria Iudęorum quę in ea pertulit, ſepulturā eius, deſcenſum ad inferos, aſcenſum rędemptionēq; *animarū quæ fuerunt à ſeculis, mortis extinctionem, viuificā eius à mortuis reſurrectionem, vniuerſi mundi reformationem, in cęlum aſſumptionem & aſcenſionem, ſancti Spiritus ſuſceptionē, qua ornauit Apoſtolos: aduentum denique ſecūdum, qui manifeſtabit oia: cùm videntes appellentur, neceſſariò pręmōſtrarunt ac prædixerunt. Vnde diem etiam conſummationis nobis ſignificarūt, extremis temporibus apoſtatam emerſurū, qui homines ſeduceret, initium ac finem regni eius, iudicis quoq; aduentum, iuſtorum vitam, ac delinquentiū ſupplicia præſignarunt: vti oēs ſingulis diebus ac horis hæc animo verſantes velut

*De pijs intellige, aut Origeniſtas caue.

velut ecclesiæ filij cognoscamus, ne vnum quidem iota aut vnum apicem ex his præteritum iri: quemadmodũ sermo Saluatoris indicauit. Omnes igitur necessariò aperite oculos cordium vestrorũ, ac auribus animæ vestræ quæ dicturi sumus, excipite. Explicabo enĩ vobis hodierno die oĩs horroris terrorisque plenam narrationem: nẽpe de cõsummatione, id est, totius mũdi seductione, quã patietur ab hoste & diabolo: quam sequetur secundus aduẽtus domini nostri Iesu Christi. Vnde ergo, Christi amãtes, sumam initium? quid exordiar, quídue commemorabo? Quem eorum quæ dico testẽ exhibebo? Verùm vnde sermonem sumus auspicati, eos in medium proferamus testes fide dignos, qui dicta cõprobent: deinde Apostolorum quoq; doctrinam, vel prophetiam potiùs, vt per vniuersum orbẽ terrarum quasi tuba canãt cõsummationis diẽ. Cùm igitur hi quoq; præsignauerint

Scopus huius orationis.

quæ

quæ nondum euenerunt, ac fallacias peruersaque cõsilia improborum hominum, qui existent, aperuerint: agedum Esaiam prophetam tanquam primum testẽ in medium producamus, qui docet nos quæ futura sunt circa tẽpora consummationis. Quid igitur ait? Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igne exustæ. Regionẽ vestram in conspectu vestro deuorãt alieni. Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea: & sicut tugurium in cucumerario: tanquã ciuitas quæ vastatur. Vides, dilecte, lumẽ prophetæ immissum, quo tempus illud, quot ante seculis vaticinatus est. Nec eñ de Iudæis, nec de ciuitate Sion verbũ hoc prædixit, sed de Ecclesia. Nam omnes prophetę declarârũt Sion esse spõsam è gẽtibus adductam. Quocirca ad secũdum testem orationẽ applicemus. Quisnam est ille? Audi etiam Oseam grandiloqua fundentem: In diebus illis inducet dominus è deserto vẽtum

Testimonia prophetarum.

Esa. 1. b.

Ose. 13. d.

vredi-

vredinis contra illos: & desiccabit ve- „
nas eorũ,& desertos faciet fontes eo- „
rum,& vniuersa vasa desiderabilia de- „
lebuntur. Quia restiterunt cõtra de- „
um,in gladio cadẽt,& quę ex eis pręg „
nantes fuerint,disrumpentur. Ecquis „
alius ventus vredinis à deserto, quàm
Antichristus? qui temporib. suis deleturus est & desiccaturus venas aquarũ & fructus arborum,propterea quòd homines amplexi sunt opera eius. Itaq; delebit eos, ipsique seruient in impuritate ipsius. Attende concordiã prophetę cum propheta: cognosce alium quoque similia proloquẽtem. Eadem enim Amos propheta cõsentiens præ
dixit: Hæc dicit dominus. Quia pug- *Amos 5.c.*
no percutitis pauperẽ, & dona electa „
cepistis ab eo,domos politas ædificastis, „
& nõ habitabitis in eis. Vineas de „
siderabiles plantastis,nec tamẽ vinum „
bibetis earũ. Quia noui permultas im „
pietates vestras,& grauia sunt peccata „
vestra. Qui defraudatis iustos,accipi- „
tis

„ tis munera, & pauperes in portis op-
„ primitis. Ideo prudens in tempore il
lo tacebit, quia tēpus malum est. Disce, dilecte, improbitatem hominum illius memoriæ, vt iustum diripiant, domos & agros, & ipsam iustitiā auferāt à iusto: vt scias tum finem adesse, quādo hęc fient. Ita perspecta tibi est prophetæ sapiētia ac reuelatio futura temporibus illis. Quin prophetæ omnes (quemadmodum prędiximus) vt vetera patefecerunt, sic posterioribus euentura temporibus clarè vaticinati sunt. Sed ne recensendis omnium prophetarum verbis orationem cōsumamus,
Mich. 3. b vbi vnius mentionem fecerimus, ad
„ propositum reuertamur. Quid porrò
„ Michęas quoq; prædicit? Hęc dicit do
„ minus super prophetas qui seducunt
„ populum meum, qui mordent denti-
„ bus suis, & prædicant ei pacem: & si ni
„ hil datum fuerit in os eorum, sanctifi-
„ cāt super eum bellum. Propterea nox
„ erit vobis pro visione, & tenebræ vo-
bis erunt pro diuinatione. Et occidet

ſol ſuper prophetas, & obtenebrabi- "
tur ſuper eos dies. Et confundētur qui "
vident ſomnia, & deridebuntur vates.
Hęc prēnarrauimus, vt intelligatis cru
ciatum & perturbationē extremis fu-
turam temporibus, omniumq; homi-
num inter ſe viuendi conſuetudinem,
inuidiam, odium, contentionē: paſto-
rum in ouibus negligētiam, populi er-
ga ſacerdotes animum immorigerum.
Ita omnes ſuo arbitratu viuent. Filij
manus inijcient in parentes: vxor vi-
rum ſuum tradet in mortem: vir vxo-
rem ſuam, vt ream, trahet in iudicium.
domini in ſeruos ſuos erunt inhuma-
ni: ſerui in dominos animū gerent in-
obedientem. ſenis canitiem nemo re-
uerebitur: iuuenilis formæ nemo mi-
ſerebitur. templa diuina domorum in-
ſtar erunt: locis omnibus euerſiones
fient eccleſiarū. ſcripturæ contemnen
tur: hoſtis illius cantica vbiq; decan-
tabūt. Poſt hæc ſtupra, adulteria, per-
iuria, incantationes, diuinationes ma-
gno

Afflictiões extremis tēporibus futuræ.

gno impetu ſtudioq; ſequẽtur. In ſum
ma, ex ijs qui Chriſtiani vidẽtur, tunc
exurgent falſi prophetæ falſiq; apoſto
li, homines impoſtores, corruptores,
malefici, mentientes alius in alium, a-
dulteri, ſtupratores, rapaces, auari,
periuri, detractores. Paſtores fiẽt qua-
ſi lupi: monachi expetẽt quę ſunt mun
di: diuites animum expertem miſeri-
cordiæ induent: pauperi non ſuccur-
rent principes, potentes miſerationes
abijcient, iudices iuſtum auferent ex
iuſto, muneribuſq; excæcati iniuſtiti-
am probabunt. Quid narro, quæ fient
ab hominibus, cùm ipſa etiam elemen
ta ordinẽ ſuum ſint negatura? Terræ-
motus erunt per omnes regiones, toni
trua, venti, horrenda fulgura, quæ do-
mos agroſq; exurent: procellæ vento-
rum, quæ terram ac mare ſine modo
perturbabunt: terræ ſterilitates, ſoni-
tus maris, intolerabilis commotio ob
interitum tàm animarum quàm homi
num: ſigna in ſole, ſigna in luna, ſide-
rum

rum de via deflexiones, angustiæ gentium, aëris intẽperies, grandinis emissiones super faciem terræ, hyemes inordinatæ, glacies sui dissimilis, ardores qui sedari nequeant, repentina fulmina, insperata incendia : &, vt semel dicam, gemitus & planctus vniuersæ terrę consolatione carentis. Ex quo enim " abundauerit iniquitas, refrigesc et cha- " ritas multorum. Propterea dominus " vniuersi, horũ omnium fluctuationem & confusionẽ clamat per Euãgelium. dicens, Videte, ne seducamini. Multi Lucæ 21. b enim venient in nomine meo dicẽtes, " Quia ego sum : & tempus appropin- " quauit. Ne seducamini igitur post eos. " Cùm autem audieritis bella & dissen- " siones, nolite terreri. Oportet enĩ pri- " mùm hęc fieri: sed non statim finis. Vi " deamus verba Saluatoris, quemadmodum ad nos semper confirmãdos præceperit, Videte, ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum. Nam posteaquã ipse as-

ſumptus eſt ad patrē, ſurrexerūt quidam dicētes: Ego ſum Chriſtus, vt Simon Magus, & reliqui, quorum nomina referre nō eſt huius tēporis. Quare extremo etiā die conſummationis exurgere denuò debent pſeudochriſti, viri qui dicāt, Ego ſum Chriſtus: & ſeducent complures. Plerique homines curſitabunt ab oriente ad occidētem vſque, & ab aquilone vſq; ad mare, dicētes, Vbi hîc Chriſtus? Vbi illic Chriſtus? Sed qui vana ſapientia præditi, nec diligenter legāt ſcripturas, nec recta ſentiant, nomen quærēt, quod inuenire nō poterūt. Oportet enim primū hæc fieri, itaq; conſpici filium perditionis, hoc eſt, diabolum. Quin & diuiniloqui Apoſtoli, qui confirmāt aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſigillatim innuerunt iſtorum deteſtādorum ac exitialium hominū demonſtrationem, ac palàm prædicarunt nefarias illorum actiones. Princeps Petrus, fidei petra, quem beatum iudicauit

Apoſtolorum teſtimonia.

Petrus.

uit Christus Deus noster, ille doctor ecclesiæ, ille primus discipulorum, ille qui regni claues habet, docuit nos dicẽs, Hoc primùm scitote filij, quod veniẽt *2.Petr.3.a*
in extremis diebus illusores, secundũ "
suas ipsorũ cõcupiscẽtias ambulãtes. "
Et erũt in vobis falsi doctores, qui in- *2.Petr.2.a*
troducẽt sectas perditionis. Secundũ "
hunc consonat Ioãnes Theologus di- *Ioannes.*
lectus Christi, clamatq́;, Manifesti sunt "
filij diaboli. Et nunc Antichristi multi *1.Ioã.3.b.*
facti sunt: verùm ne seducamini post *& 2.c.*
eos. Nolite omni spiritui credere: quia "
multi pseudoprophetæ exierunt in *1.Ioã.4.a*
mundum. Deinde etiam Iudas Iacobi *Iudas.*
frater his similia dicit, In nouissimis *Iudæ 1.c.*
temporibus erunt illusores, secundũ "
sua desideria ambulantes in impieta- "
tibus. Hi sunt qui sine metu seipsos pa "
scunt. Perspexisti theologorum & Apostolorum consensum, ac doctrinæ illorum concordiam: deinceps Pau- *Paulus.*
lum etiam audias, liberè loquentem, quàm apertè hosce reuelet: Videte *Phil. 3.a.*

„ malos operarios, videte concisionem.
Colo.2.b. „ Videte, ne q̄s vos deprædetur per phi
„ losophiam & inanem fallaciam. Vide-
„ te quomodo cautè ambuletis, quoniā
dies mali sunt. Ecquis igitur habebit
excusationem, qui hæc audiat in Eccle
sia à Prophetis, ab Apostolis, atque ab
ipso Domino: nec solicitus erit de aīa
sua, ac tempore cōsummationis & ho
ra illa, qua sisti debemus ad tribunal
Christi? Sed narrationē huius de con
summatione orationis conuertamus
ad ea quæ sequuntur nobis dicēda. In
medium verò produco testem fide di-
Daniel. gnum Danielem prophetā: qui som-
nium Nabuchodonosor dissoluit, atq;
ab initio regnorum vsq; ad cōsumma-
tionem, viā indeclinabilem sequi vo-
lentibus, declarationem veritatis de-
monstrauit. Quid enim propheta cla
rè regi Nabuchodonosor prænuncia-
Dan.2.c. uit? Videbas, ó rex, & ecce statua in-
„ gens stabat in conspectu tuo: cuius ca
„ put erat ex auro, brachia eius & hume
ri ar-

ri argentei, venter & femora ex ęre, ti- "
biæ ferreæ: pedum autẽ pars erat fer- "
rea, pars testacea. Contemplabaris er- "
go donec abscissus est lapis sine mani- "
bus, qui percussit imaginis pedes fer- "
reos ac testaceos, & tãdem cõminuit. "
Tunq; simul comminuta sunt, testa, "
ferrum, æs, argentum, & aurum: & fa- "
cta sunt quasi puluis à facie turbinis "
æstiui. Lapis autem qui percussit ima- "
ginem, creuit in montem magnum, & "
repleuit vniuersam terram. Coniun- "
gentes ergo his visiones Danielis, am-
borum vnam faciemus expositionem,
demonstrantes vera fuisse à Daniele
visa, & consentanea ijs quæ Nabucho
donosor quoque præuiderat. In hunc
enim modum ait propheta: Ego Da- Dan. 7. a.
niel videbã, & ecce quatuor venti cæ- "
li pugnabant in mari magno: & qua- "
tuor bestiæ grandes ascendebant de "
mari, inter se diuersæ. Prima bestia "
quasi leæna, & eius alæ velut aquilæ. "
Aspiciebã donec euulsæ sunt alæ eius, "

,, & ſublata eſt à terra & ſuper pedes ho
,, minis ſtetit, & cor hominis datum eſt
,, ei. Et ecce beſtia ſecunda ſimilis vrſo
,, in parte ſtetit, & tres ordines in ore
,, eius, in medio dentium eius: & ſic di
,, cebant ei: Surge, comede carnes plu-
,, rimas. Poſt hoc aſpiciebã, & ecce be
,, ſtia tertia veluti pardus, & huic erant
,, auis alæ quatuor ſuper ſe: capita qua-
,, tuor erant beſtiæ. Poſt hoc aſpiciebã,
,, & ecce quarta beſtia terribilis atque
,, mirabilis, & fortis ſupra modũ: cuius
,, dentes erant ferrei, & vngues ænei:
,, edebat & cõminuebat, & reliqua pe-
,, dibus ſuis conculcabat. Et hæc valde
,, diſcrepabat ab omnibus beſtijs pręce
,, dentibus eam, & habebat cornua de-
,, cem. Conſiderabã cornua eius: & ec
,, ce cornu paruum creuit in medio eo-
,, rum. Et tria de cornibus primis euul-
,, ſa ſunt à facie eius. Et ecce oculi qua-
,, ſi oculi hominis erãt in cornu iſto, &
,, os loquens ingentia. Cùm igitur hæc
,, videantur omnibus intellectu diffici-
lia,

lia, quę mysticè dicta sunt à propheta, nullum eorũ celabimus eos qui mẽte sunt sana præditi. Cùm dicit Daniel primam bestiam, hoc est leænã, ascendentem è mari, significat regnum Babyloniorũ, quod fuit in mũdo, aureũ caput statuæ illius. Quòd autẽ dicit, alas eius velut aquilæ, significat exaltatum regem Nabuchodonosor contra deum sese extulisse. Postmodũ inquit alas eius euulsas: quoniam euersa fuit eius gloria. Pulsus enim fuit è regno suo. Illa autem verba, Cor hominis ei datum est, & super pedes hominis stetit, resipuisse eum, vbi se hominem esse agnouit, dedisseq; gloriã Deo. En demõstraui primæ bestiæ similitudinem. Post leænam alteram bestiam videt propheta vrso similẽ: qui erant Persæ. Cùm autem dicit, Videbam in ore eius tres ordines, tres gentes designat, Persas, Medos, ac Babylonios: quod declarat in imagine argentum post aurum. En secundam etiam *Visionum interpretatio.*

bestiā declarauimus: sequitur tertia, pardus: qui Græci fuerant. Alexander enim rex Macedonum post Persas rerū potitus est, fuso Dario: quod significatur per æs in imagine. Iam quod ait, bestiam habere quatuor alas auis, & quatuor capita, clarissimè demonstrauit quo pacto regnum Alexandri diuisū fuerit quatuor in partes. Quatuor enim habuit capita, reges quatuor qui ex eo regno surrexerunt. Nā moriens Alexander regnum suum diuisit in quatuor partes. Iam etiam tertiam bestiam expediuimus: deinceps narrat quartam bestiam terribilem ac stupendam, cuius dentes erant ferrei, ac vngues ænei. Quinam sunt hi, nisi Romanorum imperiū? quod est ferrum, quo conteret omnes superiores regias, & dominabitur vniuersæ terrę. Quid porrò reliquum est nobis interpretādum ex his quæ vidit propheta? At extremitates illæ pedum imaginis, in quibus pars erat ferrea, pars testa-

cea,

cea, permixta ambo in vnum. Siquidē decem digitis pedum imaginis, mysticè significauit decem reges inde exortos: quod Daniel est interpretatus. Considerabam enim, inquit, bestiam, " quartam videlicet: & ecce decē cor- " nua post eam. In quibus ascendit alte " rum cornu tanquam pullulus, ac tria " se priora eradicabit. Quod cornu de- " monstrat pullulum alium non esse nisi Antichristum, qui suscitabit regnū Iudæorum. Tria cornua quæ ab eo radicitùs euellentur, tres reges indicāt, Ægypti, Libyæ, Æthiopum, quos deleturus est acie bellica: quibus omnibus potitus, iam tyrannus formidabilis sanctos affliget ac persequetur, insurgens in eos. Vides, vt Daniel Nabuchodonosoro regnorum dominationem exposuerit: cernis, vt statuæ formam omnibus suis lineamentis declararit: percepisti, qua ratione præmonstrarit nobis quatuor bestiarum ascensum è mari. Superēst, vt Antichristi pe

Antichristus.

Antichristi facinora. culiaria facinora vobis aperiamus: & quatenus licebit, è prophetis atq; scripturis promulgemus eius vagationē per vniuersam terram, & aduentū nefariū. Cùm Dominus Iesus Christus secundum carnem aduenerit ex sancta & immaculata virgine, tribumq; Iuda assumpserit, ex eaque processerit, declarauit scriptura regiam stirpē, ex sententia Iacob in benedictionibus clamantis ad Iudam filium suum, *Gen. 49. a* „Te laudabunt fratres tui: manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: è virgulto, fili mi, ascendisti. Recubans dormiuisti vt leo, & velut catulus leonis, quis excitabit illū? Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec veniāt quę reposita sunt ei, & ipse est expectatio gētiū. Attēde verba Iacob ad Iudā dicta, in domino esse impleta. Idē profectò clamat etiam de Antichristo patriarcha. Itaque sicuti prophetiam emisit

in

in Iudam, ita & in filium ſuum Dan. (Nam Iudas erat filius eius quartus, Dan verò filius quoq; eius ſeptimus) Ecquid de illo clamauit? Occurrat ip- *Gen. 49* ſi Dan coluber in via, inſidens in ſe- " mita, mordens vngulam equi. Quis " erat ſerpens, niſi ſeductor ille ab initio dictus in Geneſi ſeduxiſſe Euam, & Adamum ſupplantaſſe? Sed quoniam pluribus hæc nobis ſunt demonſtranda, haud grauabimur. Ille certò naſci- *Antichriſtus erit de* turus eſt è tribu Dan, & veluti rex ty- *tribu Dan.* rannus aciem ex aduerſo inſtructurus eſt, iudex ſeuerus ac diabolus, vt ait propheta. Dan iudicabit populum *Gen. 49. c* ſuum, vt quæuis alia tribus in Iſraël. " Sed dicet quiſpiam, hoc de Samſone dictum eſſe, qui natus è tribu Dan iudicauit populum ſuum annos viginti. At in parte duntaxat illud à Sampſone factum eſt, hoc verò vniuerſè implebitur temporibus Antichriſti. Inquit enim Ieremias in hunc modum, E Dan audiemus vocem acu- *Ierem. 8. f*

" tissimam equorum eius. A voce hinni
" tus equitatus equorum eius concussa
" est vniuersa terra. Et rursus Moses in-
" quit, Catulus leonis Dan, & exiliet è
" Basan. Et ne quis dicat, dictum hoc ad Saluatorem pertinere, attendat animũ. Dan, inquit, catulus leonis, perspicuum reddit propositum, nominata tribu Dan, de qua nascetur diabolus. Quemadmodum enim è tribu Iuda natus est Christus, ita nascetur è tribu Dan Antichristus. Cumq; Dominus ac saluator noster Iesus Christus filius Dei propter regiam & illustrem naturam, leo sit antè prædicatus: eodem modo scriptura diabolum ob tyrannicam ac violentam indolem, leonem similiter fore prædicauit. Nã per omnia seductor ille vult imitari filiũ Dei. Leo Christus, leo quoque Antichristus. Christus rex cælestium atque terrestrium, rex etiam nascetur super terram Antichristus. Demõstratus est Saluator vt agnus, ipse quoque nascetur

Christus dictus est leo: item Antichristus diuersis de causis.

Antichristus per omnia uolet imitari Christum.

tur

tur in circũcisione. Christus misit Apostolos ad omnes gentes, hic itidem mittet pseudoapostolos. Christus oues dispersas congregauit, hic populũ Hebræorum dispersum ad eundẽ modum congregabit. Christus dedit credentibus in eum pretiosam ac viuificã crucem, hic itidẽ signum suum daturus est. Apparuit Dominus in figura humana, sic iste ꝓdibit sub forma hominis. Ex Hebræis ortus est Christus, hic quoque nascetur è Iudæis. Christus ostendit carnem suam tanquam templũ, ac suscitauit tertia die, sic iste Ierosolymis suscitabit templum lapideum. Atque has illius fallacias ex ijs quę deinceps exponemus, liquidò intelligent, qui attentè nos audient. Nã è scripturis duplicem aduentum Christi ac Saluatoris didicimus. Ac prior quidẽ secũdum carnem, fuit abiectus: eò quòd ille humilis apparuerit. Ita posterior eius aduẽtus prædicatus est gloriosus: quoniam veniet è cælis cũ

poten-

potentia, cum ângelis & gloria patris. Prior ipsius aduentus præcursorem habuit Ioannem Baptistam, posterior autem, quo venturus est in gloria, Enoch, Eliam, & Ioannem Theologum exhibebit. Humanitatem specta Domini: vt vel extremis temporibus mortalium curam gerat, ac misereatur. Ac ne tunc quidem sine prophetis nos relinquet: sed missurus est eos ad doctrinam nostram certamque scientiam, atque vt animos attendamus in aduentum aduersarij, vt ibidem Daniel præmonstrauit. Inquit enim, Testamentum confirmabit multis hebdomada vna: & in medio hebdomadæ auferetur sacrificium & hostia. Vnâ hebdomadâ septennij demonstrationem indicat posterioribus futuram temporibus. Ac dimidium hebdomadæ sument duo prophetæ cum Ioanne, ad denunciandum per vniuersum mundum aduentum Antichristi, hoc est, mille ducentos sexaginta dies,

Cautè lege de Ioanne, nam duorū tantū prophetarum mentio fit ca.11. Apocal.

Dani.9.g.

dies, amicti saccis: faciéntque signa & prodigia, vt vel hac ratione flectant & conuertant homines ad pœnitẽtiam, propter immensam eorum iniquitatẽ & impietatem. Quòd si quis velit eis nocere, ignis egredietur ex ore ipsorum, & deuorabit hostes eorũ. Hi potestatem habent claudẽdi cælum, ne pluat diebus aduentus Antichristi: & aquas conuertendi in sanguinem, ac percutiendi terram omni plaga quotiescunque voluerint. Cúmque prædicauerint hæc omnia, occumbent gladio interfecti à diabolo. Et implebunt testimonium suum, vt inquit etiam Daniel: qui præuidit bestiam ascendentem ex abysso cum eis bellum gesturam, id est, Enoch, Elia, & Ioanne, & superatos eos interfecturam, propterea quòd noluerint gloriam dare diabolo. Istud est exiguum cornu, quod emergebat. Nam Antichristus elatus corde, postea incipiet exaltare seipsum, & glorificare tanquam Deum,

Apo. 11. a.

Imò uidetur esse Ioannes.

Apoca. 11.

Deum, perſecutione ſanctos, & blaſphemia Chriſtum inceſſens. Verùm quia narrationis ſeries neceſſariò nos deduxit ad dies regni aduerſarij illius, primò natiuitas eius eſt exponẽda atque incrementum: tum ſermo (vt antea diximus) deducendus ad explicandum quo pacto per omnia diabolus & filius iniquitatis ſit Saluatori noſtro ſe exæquaturus. Sic enim nos docet demõſtratio. Cùm Saluator mundi genus humanum ſaluare decreuiſſet, ex immaculata virgine Maria natus eſt, & in figura carnis hoſtem conculcauit, ſuæ diuinitatis propria potẽtia. Ad eundem modum etiam diabolus ex impura muliere prodibit ſuper terram: ſed falsò naſcitur ex virgine. Etenim Deus noſter in carne verſatus eſt nobiſcum, noſtræ non diſpari, quã ipſe fecit Adamo, poſteriſque eius omnibus abſque peccato. Sed diabolus licèt carnem aſſumat, hoc opinione tantùm. Quî enim carnem ferret, quam ipſe

De natiuitate & progreſſu Antichriſti.

Caue prorſus, quia Paulus uocat Antichriſtũ hominem peccati, 2. Theſ. 2. a

ipſe non cōdidit, ſed oppugnat quotidie? Hāc (opinor) dilecti, carnis ſuę ſubſtantiam phantaſticam aſſumit organi vice. Propterea edetur ex virgine veluti ſpiritus: qui quidē tunc reliquis apparebit caro. Nam virginem peperiſſe ſolam ſanctiſſimā nouimus: quæ carnigerum verè genuit Saluatorem. Siquidē Moſes ait, Omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctū Domino vocabitur. Hic autē nequaquam. Sed quemadmodum hoſtis nō aperiet vuluam, ita nec carnem verā aſſumet, aut circuncidetur, vt & circunciſus eſt Chriſtus. Et ſicuti Chriſtus elegit Apoſtolos, ſic ille integrū populum diſcipulos ſibi aſciſcet nequitia ſui ſimiles. In primis autem Iudaicam gentem amabit: apud eos omnes ſigna edet & horrenda miracula, non vera, ſed falſa, ad ſeducendos ſui ſimiles impios. Etenim, ſi fieri poteſt, etiam electos abducet à dilectione Chriſti. Verùm in primordijs ſuis cle-

Exod. 13. A & 34. C Num. 8. C Lucæ 2. C

Hypocritici mores Antichriſti.

mens erit, factus ad dilectioné, quietus, religiosus, pacificus, qui odio ꝑsequatur iniustitiã, detestetur munera, idololatriã nõ admittat, amet scripturas, reuereatur sacerdotes, canitiẽ honori habeat, scortationẽ repudiet, adulteriũ abominetur, obtrectationes non audiat, deierationes nõ recipiat, hospitalis, studiosus pauperum, misericors. Postea edet prodigia, leprosos mundando, paralyticos excitando, expeliendo dæmones: longinqua nõ aliter quàm præsentia denunciabit, excitabit mortuos, viduis opẽ feret, pupillos tuebitur, cunctos diliget, cõciliabit hoĩes cõtendentes ad amicitiã, his verbis, Sol nõ occidat super iracundiã vestrã. Non possidebit aurum, nec diliget argẽtum, diuitias non amplectetur. Atq; hæc oĩa faciet consilio simulato ac frauduléto: quò circunueniat omnes, vt se regem creent. Nam vbi populi ac multitudines tantas eius virtutes atque facultates

Ephes. 4. d

per-

perſpexerint,vno conſenſu conuenient omnes vnum in locum,ad creandum illum regem. Ac potiſſimum Hebræorum gens præ omnibus ipſi tyranno chara erit, dicentq; alius alij. Nunquid in generatione noſtra talis ac tam bonus & iuſtus homo inueniri poteſt? Iudæi præcipuè,vt iam dixi, ſperantes ſe ſpectaturos illũ regẽ tali in imperio,quem adeuntes his verbis alloquẽtur, Omnes tibi obtemperamus,oẽs in te fiduciam collocamus, agnoſcimus te iuſtum ſuper oẽm terram,omnes tua opera ſalutẽ nos con ſecuturos ſperamus, & ex ore tuo iuſtum & incorruptum iudiciũ accipiemus. Atq; initio quidẽ mendax & iniquus ille ſubdolè gloriam hanc repudiabit: at perſeuerantes hoĩes & obſecrantes,illũ declarabunt regẽ. Poſtea extollet animũ, & qui prius erat manſuetus,euadet ferox: qui dilectionem amplectebatur,fiet immiſericors: qui animũ gerebat ſummiſſum, ſuperbus

Arrogãtia Antichriſti.

atq; inhumanus euadet: qui oderat iniuſtitiam, iuſtos perſequetur. Dein de ſublatus in regnum ſuum, bellum inſtruet, iraque percitus tres magnos reges percutiet, Ægyptiorum, Afrorum, atq; Æthiopum. Inde templum conſtruet Ieroſolymis, quod confeſtim excitatum tradet Iudæis. Tum efferetur animo in omnes homines: quinetiam in Deum ipſum contumeliosa verba proloquetur, ſperans doloſus ille in poſterum ſe perpetuò regnaturum ſuper terram, ignorãs miſer regnum ſuum breui irritum fore: & quamprimùm ſe recepturum ignẽ paratum ipſi cũ omnibus qui crediderint & ſeruierint illi. Nã cùm Daniel

Dani. 9.8 dixerit, Teſtamentũ confirmabit multis hebdomada vna, ſeptẽ annos declarauit. Dimidiũ hebdomadæ prædicabunt prophetæ: dimidium hebdomadæ, hoc eſt, tres annos cum dimidio regnabit Antichriſtus ſuper terram, poſt auferetur regnum illius

Regnũ Antichriſti triũ annorum cum dimidio.

& glo-

& gloria. Aduertite qui Deum diligitis, qualis afflictio futura sit illis tẽporibus. At illis dũtaxat temporibus. Tunc iniquus ille elato animo dæmones suos cõgregabit humana specie: & eos qui illum ad regnũ inuitarunt, fastidiet, aĩasque multas inquinabit. quippe principes eis constituet ex dæmonibus. Nec iã velut religiosus, sed planè austerus, seuerus, iracũdus, plenus excandescentiæ, truculentus, inconstans, terribilis, grauis, odiosus, cõtemptor, immitis, exitiosus, nequam, in eo studium & operam collocãs, vt vniuersum genus hominũ in fossam interitus conijciat, signa falsa multiplicabit. Cunctis enim populis fausta omnia acclamantibus, propter obiectas species, vehementi & grandi voce clamabit, ita vt moueatur locus in quo turbæ astiterint ei: Perspicite populi, tribus ac gentes magnam meam potestatem ac potentiam, viresq; imperij mei. Quis princeps tam potens,

atque ego? Quis Deus magnus, præter me? Potentiæ meæ quis resistet? Transferet montes ante oculos spectantium, siccis pedibus ambulabit super mare, deducet ignem è cælo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem: solem circumaget quò libuerit. Et vt semel dicam, elementa omnia terræ marisque vi oblatæ apparitionis à se coram spectantibus obtemperare sibi demonstrabit. Nam si ipse modò non cõspicuus filius perditionis, visibiliter tamen nobis bellum ad pugnas & cædes immittit atque excitat: tunc cùm in propria persona veniet ipse, ac verè illum homines intuebuntur, quas non machinas, dolos ac species molietur, ad seducendos cunctos homines & abducendos à via veritatis & regni porta? Deinceps post hæc omnia cælum non dabit rorem suum, nubes non præbebunt aquam, terra denegabit fructus suos, mare graui replebitur odore, flumina deficca-

cabuntur, morientur pisces maris, homines fame sitique peribunt: pater amplexus filium, mater item filiam, vnà morientur, nec erit qui sepeliat. Verùm vniuersa terra ꝓfundetur fœtore corporũ morticinorũ, passim iacentium. Mare quoq; non recipiens fluminum incursus, cœni instar fiet, infinitoq; & graui odore replebitur. Tum pestis inualescet super vniuersam terram: tũ lamentatio carens omni cõsolatione, tum eiulatus immodicus, tum fletus continui. Tum homines beatos prædicabunt eos, qui antea decesserunt, dicentes eis, Aperite sepulcra vestra, nosq; miseros excipite. Aperite loculos vestros, vt suscipiatis miserabiles cognatos ac familiares vestros. Beati estis vos, qui non spectastis dies istos. Beati vos, qui nõ vidistis vitam istam, tot; dolores nobis & cruciatus afferentem: nec pestem istam vincentẽ omnia remedia: neq; necessitatem istam, quæ occupat ani-

 mas

mas nostras. Inde impurus ille mandata mittet per vniuersam prouinciã, operâ tum dæmonum, tum sensibiliũ hominum, qui dicant, Rex magnus natus est super terram, venite omnes adorate eũ, properate omnes ad spectandas vires potentiæ eius. En vobis præstabit frumentum, vinũ vobis largietur, opes pretiosas ac sublimes dignitates. Eius nanq; imperio oĩs terra mareq; obtemperat. Ad illum omnes accedite. Mox cuncti ciborum penuria accedent, atq; adorabunt eũ: quibus dabit characterem in dextra manu & fronte, ne quis dextra sua pretiosam illam crucem pingat in frõte. Ex quo tempore non poterit vllũ signare membrorum suorum, sed adhęrebit seductori, eiq; seruiet, neq; ducetur pœnitudine: sed perijt ille tum quod ad Deum, tum quod ad homines attinet. Ita seductor ille dabit eis pauca cibaria, idq; ob impurum sigillum suum. Sigillum illius tã in fronte quàm

Sigillũ Antichristi.

quàm dextra manu eſt calculus χξϛ. At,vt opinor, neq; certò hoc ſcio, ꝙ in ſcriptura quæ eſt in calculo illo, ꝓmulta reperiantur nomina, quæ numerum illũ habeant. At dicimus fortaſſe ſcripturã illius ſigilli eſſe ἀρνοῦμαι, id eſt,nego. Nam antea quoq; hoſtis ille nobis aduerſari9 opera miniſtrorum ſuorum, hoc eſt, idololatrarum, Chriſti martyres hortantium. Negato, aiebat, Deum tuum crucifixum. Tale erit tẽpore illius honeſtatis oĩs oſoris ſigillum dicens,Nego creatoré cęli & terrę,nego baptiſma, nego adorationem à me Deo pręſtari ſolitam: tibi adhęreſco,in te credo. Hoc enim Enoch & Elias prophetæ denunciabunt,Ne credatis hoſti qui venturus eſt & apparebit. Nempe aduerſarius eſt,corruptor & filius perditionis, & ſeducit vos, ob eamq; cauſam vos interficiet.Et romphæa feriet illos. Attendite fraudẽ hoſtis,inſidias cognoſcite illius doloſi: quemadmodũ ho-

Character iſte χξϛ. ſignificat numerũ 666. ſexcentos ſexaginta ſex, de quo Apocal.13. in fine fit mentio.

 minum

minum mentem obtenebrare perpetuò ſtudeat. Dæmones enim ſuos velut ſplendentes angelos reddet, innumerasq; copias ſpirituũ incorporeorum adducet: & corã omnibus in cælum aſſumi ſe demonſtrabit, cum tubis, ſonis & clamore valido prædicantium illum hymnis indicibilibus. Itaque ille tenebrarum hæres, inſtar lucis fulgens, interdũ volitans in cælos, quandoq; deſcendens cum gloria magna ſuper terram, nonnunquam dæmonibus imperans, velut angelis ad iuſſa ſua peragenda cũ timore & tremore multo, cõfeſtim mittet dæmonum cohortes ad mõtes, ſpeluncas & cauernas terræ, qui ſcrutẽtur eos qui ſubduxerũt ſeſe ab oculis eius: & adducẽt eos ad adorandũ illum. Ac ſibi obtemperantes ſigillo ſuo notabit: recuſantes verò imperium ipſius, pœnis incomparabilibus acerbiſſimiſq; tormentis & machinis abſumet: qualia nunquam fuerunt, nec auribus ho

mo

mo percepit, nec oculis mortaliũ cõspecta sunt. O beatos, qui tunc tyrannum illum deuicerint! Quippe prioribus martyribus illustriores & sublimiores declarandi sunt: propterea q̃ superiores martyres illius dũtaxat satellites superarunt, hi verò diabolum ipsum filiũ perditionis expugnarint, ac victoriam reportarint. Quibus igitur encomijs & coronis nõ ornabuntur à rege nostro Iesu Christo? Sed reuertamur ad propositum. Tunc homines vbi sigillum acceperint, nec escas, nec aquam inuenerint, adibunt eum cum voce acerba dicẽtes, Da nobis quod edamus & bibamus. Nã omnes præ fame cunctisq; necessitatibus deficimus. Iube cælum præbere nobis aquam, abige a nobis bestias homines deuorantes. Tum dolosus ille respondẽs, multa cum inhumanitate subsannabit illos, his verbis, Cęlũ negat pluuiã, terra nõ iterum producit germina sua: vndénam ego vobis alimenta

Martyres sub Antichristo passi, beatiores.

menta ſuppeditabo? Auditis his verbis doloſi illius, miſeri tūc intelligēt, eum eſſe improbum illum diabolū. Tunc plangent miſerè, plorabunt vehementer, faciem manibus ſuis contundent, capillos ſuos euellent, genas vnguibus dilacerabunt, alius alij dicentes, O calamitatem! O acerbā negotiationem! O pactum fraudulentū! O caſum ingentē! Quomodo nos impoſtor ſeduxit! Quomodo adhęſimus ei! Quomodo retibus illius capti ſumus! Quomodo verriculo illius impuri concluſi! Quomodo ſcripturas audientes non intelligebamus! Siquidē tunc illigati rebus vitæ ac deſiderio huius ſeculi, perfacilè adducentur ad diabolum, & ſignabuntur. At multi qui audient ſcripturas diuinas, eas in manibus habebunt, mente verſabūt, impoſturam illius euitabunt. Clarè enim perſpicient inſidias eius, & impoſturæ arrogantiā: effugientq; è manibus eius ad mōtes, & occultabūtur

in cauernis terræ, cũ lachrymis & con trito corde quærentes illum amãtem hominum, qui eripiet eos è laqueis il lius, & cõseruabit à molestis illius scã dalis: dexteráque manu sua, inuisibili modo, proteget eos qui dignè ac iu- stè ei supplicabunt. Vides, quali ieiu- nio quibúsue precibus tunc vtentur sancti. Simul disce, quàm durum tem pus ac dies orientur illis qui in vrbe agrisq; erunt. Accedẽt ab occidente ad orientem vsq; plorantes maiorẽ in modum, grauiterq; plangent. Illuce- scente die noctem expectabũt, vt re- quiescant ab operibus suis: vbi nox cõprehenderit illos, ob crebras terræ concussiones aërisq; tẽpestates, quæ- rent, vt vel aspiciant lumẽ diei, & qua ratione postea in acerbam mortẽ de- ueniant. Tum lugebit vniuersa terra vitam cruciatuum plenam. Lugebit mare, lugebit aër, lugebit sol, lugebũt animãtes feræ cum volatilibus, luge- bunt montes & colles, ac ligna campi pro-

propter genus humanũ: eò ꝙ omnes defecerit à ſancto Deo, & crediderit impoſtori illi, ſuſcepto charactere impuri illius & hoſtis Dei, loco viuificæ crucis Saluatoris. Lugebunt etiam ecclesiæ luctum magnum: quia nec oblatio, nec ſuffitus fiat, nec cultus deo gratus. Sed eccleſiarũ ædes ſacrę, tugurij inſtar erunt, pretioſumquè corpus & ſanguis Chriſti non extabit in diebus illis, liturgia extinguetur, pſalmorum decãtatio ceſſabit, ſcripturarum recitatio non audietur. Sed erũt apud homines tenebræ, lamentatio ſuper lamentationẽ, væ ſuper væ. Argentum & aurum tunc proijcietur in plateas, nec quiſquam colliget ea: ſed omnia abominationi habebũt. Cuncti enim aufugere conabuntur & abſcondi: nuſquã tamen latêre poterũt à malis aduerſarij: ſed notã illius circũferẽtes facilè cognoſcẽtur, ac noti eius declarabũtur. Extrà timor, intus tremor nocte dieq; tũ in platea, tum do-

Euchariſtiæ defectus.

domi morticina:in plateis & domibus fames ac sitis:in plateis tumult9, in domib' planctus. Pulchritudo aspectus faciei tabescet. fient enim formæ eorum tanq̃ mortuorũ. Venustas mulierum exarescet, cupiditas omniũ hominũ euanescet. Neq; tñ eo tẽpore misericors & hominũ amãs Deus relinquet humanũ genus omni consolatione destitutũ: sed decurtabit dies illos & tempus trium annorum semis concisum reddet, propter reliquias latitantium in montibus & speluncis: ne phalanx illa sanctorum illorum omnium deficiat. Sed dies illi celeriter transibunt, seductoris & Antichristi regnum citò tolletur. Deinde in ictu oculi præteribit species mundi huius, hominumq; potentia euacuabitur, & cuncta quæ cadunt sub oculos delebuntur. Quum igitur, dilecti, futura sint hæc quæ antè diximus, diuisaq; ĩ duas partes vna hebdomada, & abominatio desolationis tunc extiterit,

Secundus Christi aduentus.

titerit, & pręcursores Dñi cursum suũ peregerint, mũdo deniq; vniuerso ad consummationem properante, quid

Secundus aduentus Christi.

superest, nisi aduentus Dñi & Saluatoris nostri Iesu Chri, filij Dei, de cælis, in quem sperauimus: qui exustionem ac iustum omne iudiciũ educet in eos q nõ crediderint ei? Ait enim

Matt. 24. c

Dñs, Quẽadmodũ fulgur exit ab oriente, & apparet vsq; ad occidentẽ: sic erit etiam aduẽtus filij hominis. Vbi enim fuerit cadauer, illic cõgregabũtur & aquilæ. Orietur enim ab oriẽte ad occidentem vsq; signũ crucis superantis splendorẽ solis, denunciãs aduentum & apparitionẽ iudicis: vt reddat cuiq; secundũ opera sua. Nã de resurrectione vniuersa & de regno sanctorũ loquitur Daniel, Et multi dor-

Signũ crucis apparens.

Dan. 12. a.

mientiũ excitabũtur è puluere terrę: hi in vitã æternã, illi in contumeliã & ignominiã æternã. Esaias autẽ dicit,

Esai. 26. d.

Resurgent mortui, & excitabũtur qui sunt in monumentis, ac lætabuntur habi-

habitantes in terra. Dominus quoq; "
noster ait, Multi in illa die audient vo *Ioan. 5. d*
cem filij Dei. Et qui audierint, viuẽt. "
Tunc enim sonabit tuba, & excitabit
dormientes è profundissimis terrę, tã
iustos, q̃ peccatores: omnisq; natura,
lingua, gens, & tribus resurgẽt in ictu
oculi, & astabunt super faciem terræ,
expectantes iusti atque terribilis iudi
cis aduentum in timore & tremore
inenarrabili. Fluuius enim igneus e-
grediens cum furore instar maris sæ-
ui exuret mõtes & colles, & mare de-
lebit, ac æthera velut ceram inflam-
matione dissoluet. Stellæ cadent de
cælo, sol conuertetur in tenebras, &
luna in sanguinem, cælum more libri
volutabitur. Exuretur vniuersa terra,
propter opera quę in ea corruperunt
homines, in scortationibus, adulte-
rijs, mendacijs, immunditijs, idolola-
trijs, cædibus ac pugnis. Nam fiet cæ-
lum nouum & terra noua. Tunc san-
cti angeli discurrent, congregãtes oẽs *Iudicium.*
D gen-

gentes, quos expergefaciet horrenda vox illa tubæ: sistenturq; ad tribunal Christi, qui fuêre quondã reges, principes, pontifices, sacerdotes: vt administrationis suæ et ouilis reddãt rationem: qui videlicet per negligentiam suam perdiderunt ouem de grege suo. Adducentur eo tempore milites, qui non contenti stipendijs suis vexarunt viduas, pupillos, & pauperes. Tunc sistentur tributi exactores, qui plus q̃ sit imperatum, pauperi eripiunt. Itidẽ qui probum aurum adulterãt, vt damno pauperem afficiant, in agris, in domibus, in ecclesijs. Tunc exurgẽt effœminati cum pudore, qui quidem tronum proprium immaculatũ non seruauerunt: sed quauis carnis pulchritudine capti, sua desideria sunt secuti. Tunc qui dilectionẽ domini non seruarunt, exurgent mœsti ac tetrici: eo quòd Saluatoris mãdatum facilè cõtempserunt, quod præcepit, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Tunc

qui

qui habuerint librám iniquam, ſtateras, menſuras, modios iniuſtos, gemẽt expectãtes iuſtum iudicem. Sed quid plura de ſiſtendis addimus? Tunc iuſti fulgebũt vt ſol: peccatores autem triſtes & tetrici apparebunt. Vtrique enim & iuſti & peccatores reſurgẽt incorruptibiles: iuſti, vt ꝑpetuò ſint in honore ac immortalibus fruãtur delicijs: peccatores, vt per iudicium pœnas luãt ſempiternas. Quiſque igitur veſtrũm perpendat apud ſe, tum bonorum, tum malorum iuſto iudici rationẽ, reddendam. Nam actiones omnes hominum vnumquẽq; tam probum quàm improbum circundabũt. Quãdoquidem virtutes cælorum mouebuntur, & oĩa timor ac tremor abſumẽt, cælũ, terrã, ac ſubterranea: & omnis lingua confitebitur eum, & fatebitur eum qui veniet iuſtum iudicium iudicaturum, Deum fortẽ & conditorem omnium. Tunc cum pauore ac ſtupore procedent Angeli, Throni,

Poteſtates, Principatus, Dominationes, multis oculis & alis ſex prædita Cherubim ac Seraphim, fortiter clamantia, Sanctus, Sãctus, Sanctus Dominus Sabaoth oĩpotens: plenum eſt cælum & terra gloria tua. Et reuelabitur Rex regum & Dñs dominãtiũ, ac iudex qui perſonã non accipit, ſed cuique quod iuſtum eſt diſtribuit, in throno terribili & exaltato. Et videbit omnis caro mortalium faciẽ eius, tum iuſtus, tum peccator, cũ timore ac metu ingenti. Tũ adducetur filius perditionis, id eſt, diabolus, cum dæmonibus & miniſtris ſuis, ab angelis ſeueris ac rigidis: tradenturq; igni inextinguibili, vermi non dormienti, ac tenebris exterioribus. Videbit enim populus Hebræorum illum in figura humana, quemadmodum illis ex ſancta virgine per carnem apparuit, & ſicuti crucifixerunt eum: ac oſtendet eis manuum pedumque clauos, latus ſuum lancea perforatum, caput coro-

natum

natũ ſpinis, ac pretioſam crucẽ. Deni
que oĩa videbunt Hebræi, & plangẽt
ac plorabunt, quemadmodũ prophe-
ta clamat, Videbunt in quem trãsfix- *Zach. 12.c*
erunt: nemóque feret opem illis, aut *et Ioã. 19.f*
miſerebitur eorum : quia non egerũt
pœnitẽtiam, nec auerſi ſunt à via ſua
praua. Itaq, diſcedent hi in ſuppliciũ
æternũ cũ dęmonib⁹ & diabolo. De-
inde congregabit omnes gẽtes, vt cla
ra voce clamat Euãgeliũ. Quid enim
ait Matthæus Euãgeliſta, imò Dñs ip
ſe in Euangelio? Quum venerit filius *Matt. 25.e*
hominis in gloria ſua, & oẽs ſancti an "
geli cum eo, tũc ſedebit ſuper thronũ "
gloriæ ſuæ: & cõgregabuntur coram "
eo omnes gentes, & ſeparabit eos ab "
inuicem, veluti paſtor ſeparat oues ab "
hœdis: & cõſtituet oues quidẽ à de- "
xtris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tũ "
dicet his qui erunt à dextris eius, Ve "
nite benedicti Patris mei, poſſidete "
paratum vobis regnũ à conſtitutione "
mundi. Venite prophetæ, propter no "

Inuitantur sancti cuiuscunq; ordinis ad capessendum regnum celeste.

men meũ expulsi. Venite patriarchæ, qui ante aduentum meum obtemperastis mihi, regnúmq; meũ desiderastis. Venite Apostoli, mearũ afflictionum participes, dum inter homines agerem, propter Euangelium. Venite martyres, qui cõfessi me coram tyrannis torméta multa atque supplicia ꝑtulistis. Venite põtifices, qui purè mihi sacrificium die nocteq; obtulistis, ac pretiosum corpus & sanguinẽ meum immolastis quotidie. Venite sancti, qui in montibus, in spelũcis & cauernis terræ exercuistis vos, qui per continentiam, preces & virginitatem seruistis nomini meo. Venite adolescentulæ, quæ thalamum meum exoptastis, nec præter me sponsum alium dilexistis, quę per martyrium & pietatis exercitationem mihi immortali ac incorruptibili sponso copulatæ estis. Venite, qui dilexistis pauperes ac peregrinos. Venite, qui charitatem meam seruastis sicuti sum ego charitas.

Pontifices immolant corpus & sanguinem Christi.

Venite

Venite ſocij pacis : ego enim ſum ipſa pax. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratū vobis regnum: qui nihili feciſtis diuitias, qui pauperis eſtis miſerti, qui tuliſtis opem pupillis, qui viduis eſtis auxiliati, qui ſitientibus potum dediſtis, qui pauiſtis eſurientes, qui excepiſtis peregrinos, qui nudos induiſtis, q̃ viſitaſtis infirmos, q̃ detentos in carcere conſolati eſtis, qui cęcis auxilio fuiſtis, qui ſigillum fidei conſeruaſtis illæſum, qui concurriſtis ad eccleſias, qui ſcripturas meas audiſtis, qui ſermones meos expetiſtis, qui legem meam noctu diuq; ſeruaſtis, qui tanquam ſtrenui milites dura mecum toleraſtis, mihi regi cæleſti placere ſtudentes: Venite, hæreditatis iure poſſiſidete præparatum vobis regnum à conſtitutione mundi. En regnum meum paratum eſt, En patet paradiſus, En ĩmortalitas mea decorata eſt, Venite omnes, poſſidete paratum vóbis regnum à conſtitutione mundi.

Tunc respondebunt iusti, attoniti ma
gnitudine miraculi; quòd is quem or
dines angelorũ intueri clarè ac verè
non possunt, cõsolatur eos velut ami
cos, clamabuntq; ad illum: Dñe, quã-
do te vidimus esurientẽ, & pauimus?
Domine, quãdo te vidimus sitientẽ,
& præbuimus potum? Stupẽde, quã-
do te vidimus nudum, & operuimus?
Immortalis, quando te vidimus pe-
regrinum, & collegimus? Amator
hominum, quando te vidimus infir-
mũ, aut in carcere, & venimus ad te?
Tu es, qui semper est. Tu vnà cum Pa
tre cares principio, & coæternus es
Spiritui sancto. Tu es, qui ex nihilo
oĩa creasti. Tu es rex angelorum. Tu
Psal. 103. a es, quem tremunt abyssi. Tu es, qui lu
mine indueris, vti vestimento. Tu es,
qui nos creasti ac finxisti è terra. Tu
es, qui inuisibilia condidisti. A facie
tua fugit vniuersa terra: & quo pacto
nos regiam tuam dignitatem ac do-
minationem excepimus hospitio? Tũ
re-

respondebit iterum rex regum, dicẽs eis, Quatenus fecistis vni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Quatenus hos, quos antè dixi vobis, excepistis, induistis, aluistis, potu recreastis membra mea, pauperes dico, mihi fecistis. Verùm accedite ad regnum vobis paratum à constitutione mundi, fruamini in seculum seculi, à Deo patre meo cælesti, ac persancto & viuifico spiritu. Ecquod os enarrabit bona illa, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt, quæ pręparauit Deus diligẽtibus eũ? Nostis gaudium perpetuũ, nostis regnũ inconcussum, nostis delicias nullum finem bonorum habẽtes. Discite quoq; acerbam vocẽ, quam in eos qui stabunt à sinistris, eloquetur iustus iudex & Deus clemẽs cum ira & indignatione vehementi. Discedite à me maledicti in ignem æternum, paratum diabolo & angelis eius. Ipsi vobis hæc comparastis, iisdem vos frua- *Sententia Christi in impios.*

 mini.

mini. Discedite à me maledicti in tenebras exteriores, & in ignem qui nõ extinguitur, paratum diabolo & angelis eius. Ego formaui, & adhęsistis alteri. Ego sum, qui de vulua eduxi vos, & me reiecistis. Ego sum, qui iussu meo de terra vos formaui, & alij vos adiunxistis. Ego sum, qui vos enutriui, & alteri seruistis. Ego terram ac mare in alimentum vestrum & vitæ terminum constitui: at vos præceptis meis nõ paruistis. Ego lucem vobis creaui, vt die frueremini: itidẽ noctem, vt requiesceretis: at vos improbis factis me irritastis ac respuistis, foréſque affectionibus aperuistis. Discedite à me operarij iniquitatis. Nescio vos, nõ agnosco vos: alterius domini operarij facti estis, hoc est, diaboli. Possidete cum ipso tenebras, atque ignem qui non extinguitur, & vermem qui nõ dormit, ac stridorem dentium. Nam esuriui, & non dedistis mihi quod manducarem. Sitiui, & non dedistis mihi potum.

tum.

tum. Hospes fui, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me. Ægrotaui, & non visitastis me. In carcere fui, nec venistis ad me. Aures vestras cōdidi, vt audiretis scripturas: at vos parastis eas ad cātica dæmonum, citharas & ridicula. Oculos vestros creaui, vt perspiceretis lumen præceptorum meorum, eaq; exequeremini: at vos accersistis stupra & impudicitias, & ad reliquam immunditiam ipsos aperuistis. Os vestrum cōposui ad glorificandum & laudandum Deum, & psalmos cantionesq; spiritales pronunciandas, lectionisq; continuā meditationem: at vos aptastis illud ad cōuitia, deierationes & blasphemias, dū sedētes obtrectatis proximis vestris. Manus vestras feci, vt ad preces & obsecrationes extenderetis eas: at vos ad rapinas, cædes & mutuas occisiones expandistis. Pedes vestros ordinaui, vt ambularetis in præparatione Euangelij pacis, tum in ecclesijs, tum

in domibus ſanctorum meorũ: at vos docuiſtis currere ad adulteria, ſtupra, ſpectacula, ſaltationes, in ſublime iactationes. Iam ſolutus eſt conuẽtus publicus, ſpectaculũ deſijt mundi huius, præterijt deceptio ac ſpecies illi9: mihi adhæreſcite, cui flectitur omne genu cæleſtium, terreſtrium & infernorũ. Oẽs enim qui neglexerint, nec miſericordiam exercuerint hic bene merendo, nihil eis debetur, niſi ignis qui non extinguitur. Humanus enim ſum: at iuſtus quoq; iudex. Nam omnes pro dignitate remunerabor, omnibus pro cuiuſq; labore mercedem præſtabo, omnibus pro ſuo certamine præmia rependam. Miſereri volo: ſed oleum in vaſis veſtris non video. Miſericordiã exhibere deſidero: ſed tranſegiſtis vitã oẽm ſine vlla commiſeratione. Affectu miſericordiæ erga vos commoueri propero: ſed lampades veſtræ caliginoſæ ſunt præ cordis
„ duritia. Diſcedite à me. Iudiciũ enim
fiet

fiet ei sine misericordia, qui non fecit "
misericordiam. Tunc ipsi etiam respō "
debunt horrendo ac personas nō accipienti iudici, Domine, Quando te vidimus esurientem ac sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut ægrotū, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Domine non agnoscis nos? Tu nos formasti, tu condidisti, tu nos è quatuor elemētis composuisti, tu spiritum & animam inseruisti. Tibi credidimus, sigilli tui participes facti sumus, baptisma tuū accepimus, te confitemur Deum, te nouimus creatorē. In te signa fecimus, per te dæmonas expulimus, propter te carnem macerauimus, propter te virginitatem seruauimus, propter te castitatem nobis adsciuimus, ꝓpter te facti sumus aduenæ terræ: & ais, Nescio vos. Discedite à me. Tum respondebit etiam illis, his verbis, Confessi estis me Dominū: sed verbis meis non paruistis. Signo crucis meæ notati estis: sed hoc

animi

animi duritia deleuistis. Baptismũ meũ recepistis: at pcepta mea nõ seruastis, at odium fraternum ex animis vestris non excussistis. Non enim omnis
„ qui dicit mihi, Domine, Domine, sal-
„ uabitur: sed qui faciet volũtatẽ meã.
Et discedẽt hi in suppliciũ æternum: iusti verò in vitã æternã. Audistis dilecti responsionem Domini, cognouistis sentẽtiam iudicis, didicistis quàm horrendum iudicium & dies & hora nos maneat: de eo soliciti cogitemus quotidie: hoc diu noctuque meditemur, in domibus, in plateis, in ecclesijs: ne in horrẽdo illo iudicio, in quo nulla est personarum acceptio, abiecti ac tristes adstemus condemnati: sed cum actione, vita, conuersatione, confessione pura: vt nobis quoque dicat ille misericors hominũq; amãs Deus,
„ Fides tua te saluum fecit: vade in pa-
„ ce. Item illud, Euge serue bone & fi-
„ delis, super pauca fuisti fidelis, supra
„ multa te constituam: intra in gaudiũ